



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

liiii. Ad accipitrem defugientem aucupia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

Ad pustulas.

PVSTVLIS laborantem ita curabis. oleum rosaceum, mel, calcem viuam cum lente miscebis, calfacies, ex carne dabis accipitri edenda.

Ad accipitrem defugientem aucupia.

ACCIPITREM aucupium defugientem ita restitues. olei Hispanici, mellis, butyri, vini boni, singulorum scrupulum. cum luteo oui commisceto, ex carne feruefacta præbeto. & cum hoc concoxerit & per excrementa reddiderit, carne suilla vel gallinacea pascito. Vel butyrum, mastichæ in puluerem redactæ, sanguinem columbæ misceto vnà, hisque carnem hircinam sparsam per triduum præbeto accipitri, & sanus fiet. Vel sterco passeri, vel eius carnem vino vel melle conspersam edendam eidem dabis. Vel apij semen, ginger pari pondere contrita cum melle aut vino dabis, & sanum facies.

Ad sitim accipitris.

ACCIPITRI sæpe sitienti escam frigidam cum melle dabis primo die: altero & tertio oleum Hispanicum, & sanum facies.

V